

¶ Apostolus supra necessitatem & virtutem gratiæ demonstravit, hic incipit agere de ordine gratiæ, vtrum ex sola dei dilectione detur, an detur ex meritis præcedentium operum occasione accepta ex eo quod Iudæi qui videbantur divinis obsequiis mancipari exciderant à gratia. Gentes autem ad eam erant admissi qui prius fuerant à deo alieni. Primò igitur agit de electione gentium. Secundò de casu Iudæorum. cap. 10. (Frates vos kuntas quidem cordis mei &c.) Circa primum duofacit. Primò commemorat dignitatem Iudæorum. Secundò ostendit quomodo gentiles ad illam dignitatem sunt assumpti, ibi, (Non autem quòd exciderit &c.) Circa primum duo facit. Primò apostolus ostendit effectum suum ad gentem Iudæorum, ne ea quæ contra eos dixit vel dicturus est ex odio dicere videatur. Secundò eorum dignitatem ostendit, ibi, (Qui sunt Israelitæ &c.) Circa primum duofacit. Primò confirmat dicenda per simplicem assertionem, dicens, Veritatè dico, quòd maxime convenit prædicatori, qui est testis veritatis, Proverbiòrũ. 8. Veritatem meditabitur guttur meum. Zach. 8. Pacem & veritatem diligite. Et quia quandoque aliquis veritati quam loquitur aliquod mediacium interficit, ad hoc excludendum subdit, Non mentior. Eph. 4. Deponentes mendacium loquimini veritatè. Secundò confirmat quæ dicenda sunt per iuramentum quæ est quedam confirmatio per testimonium ineffabilis veritatis. Tales autem sunt testes sanctorũ. Primò quidem deus, secundò Job. 16. Ecce in celo testis meus. Et ideo dicit, In christo iesu, id est per christum iesum qui est veritas absq; mediatio. 2. Co. 1. Deienim filius qui prædicatus est in vobis nõ fuit in illo, est, & non. Secundò testis ineffabilis sanctorum est eorum conscientia. vnde subdit, Testimonij perhibente mihi conscientia mea. 2. Corinth. 1. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Et quia interdum conscientia errat nisi per spiritum sanctum rectificetur subdit, In spiritu sancto supra octavo, Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro.

¶ Deinde cum dicit, (Quoniam tristitia &c.) ostendit suum affectum ad Iudæos per dolorem quem de eorum casu patiebatur, quem quidem primò exponit. Secundò eius signum ponit cum dicit, (Optabam &c.) Exaggerat autem suum dolorem tripliciter. Primò quidem ex eius magnitudine. Quoniam mihi tristitia est magna quia scilicet est de magno malo, id est de excidio tantæ gentis. Threno. 2. Magna est velut mare contritio tua. ¶ Sed contra hoc videtur esse quod dicitur Eccle. 3. Tristitia non des animæ tuæ, quod videtur sententiæ Stoicorum consonare, qui tristitiam omnino ab animo sapientis propellebant. Cum enim tristitia sit de malo præsentis nõ potest sapienti competere, cui nullum malum est præsens. Non enim æstimabant aliquid esse bonum nisi honestum, & malum nisi peccatum. Sed hæc opinio refellitur dupliciter. Primò quidem quia corporales defectus, licet non sint simpliciter mala, quibus scilicet homines fiant mali, sunt tamen quedam mala que natura abhorret. Vnde & dominus pro his tristatus legitur Matt. 26. Tristis est anima mea usq; ad mortem. Secundò cum ex charitate homo debet suum diligere proximum sicut seipsum imminet sapienti tristitia laudabilis de peccato proximi fecit de peccato suspirius. vnde apostolus dicit. 2. Corin. 12. Et lugeam multos ex eis qui peccaverunt. Sic igitur reprobatu sæculi tristitia quæ mortem operatur, procedens ex amore sæculi; sed tristitia quæ est secundum deum vtpote ex divina charitate procedens salutem operatur, vt dicitur. 2. Cor. 7. Et talis fuit ista tristitia. Secundò exaggerat eam ex continuitate. vnde subdit, Et continuus dolor. Non quod continuo actu doleret, sed secundum habitum. Hierem. 9. Vt plorem die ac nocte interfectos populi mei. Tertiò

exaggerat eam ex sui veritate, cum dicit, Cordi meo. nõ enim erat superficialis, sed in corde radicata. Threno. 1. Multi genitus mei & cor meum merens.

¶ Deinde cum dicit, (Optabam enim &c.) ponit signũ doloris, dicens, Optabam enim ego ipse qui tam feruens sum in charitate christi, vt supra ostensum est, ana thema esse à christo pro fratribus meis. Vbi primò sciendũ est quod anathema est græci, & compositũ ab ana quod est surium, & thesis quod est positio, vt dicit anathema quasi surium positum: quia. scilicet capiebatur aliquid in præda quod nolabant esse in vñu hoim iulendebant illud in tẽplo. Et innoieuit vsq; adhuc vt ea que sunt separata ab hominũ comuni vsu anathema vocarentur. vnde Iosue. 6. dicitur, Sit ciuitas hæc anathema, & oia que in ea sunt dño. Dicit ergo, Optabam ego anathema esse dupliciter à christo. i. separatũ ab eo. Quod quidẽ fit dupliciter. Vno modo per culpã, per quã aliquis à charitate thema à christo separatur, eius præcepta non seruans. Io. 14. Si diligitis me, mandata mea seruate. Sic autem apostolus nõ poterat optare esse anathema à christo pro quacũq; causa vt ex supradictis in. 8. cap. patet. Est enim hoc contra ordinem charitatis quo quis tenetur deum super omnia diligere, & salutem suam pluriq; aliorũ. Et ideo non dicit, Opto, sed Optabam. scilicet tẽpore infidelitatis, sed secundum hoc nihil magnum dicit apostolus: quia tũc etiã propter se volebat esse separatus à christo. Vnde & quedã glo. exponit quod dicit, Tristitia magna est mihi. de tristitia qua dolebat de præterito statu peccati, in quo à christo voluerat esse separatus.

Alio modo potest aliquis esse separatus à christo id est à fruitione christi quæ habetur in gloria. Sic autem separati à christo volebat apostolus pro salute gẽnũ nẽdum pro cõuersione Iudæorũ, secundũ illud Phil. 1. Desideriũ habens dissolui & cum christo esse, multo melius permanere in carne necessariũ propter vos. Et hoc modo dicebat, Optabã. scilicet fieri posset anathema esse à christo, vel simpliciter vel ad tempus propter honorẽ christi qui est ex cõuersione Iudæorum, secundum illud Proverbiò. 14. In multitudine populi dignitas regis. Vnde Chrylòsto. in libro de compunctione cordis, Ita totam eius mentem deiecit amor, vt etiam eo quod præ cæteris omnibus amabilis erat esse cum christo turulum idipsum, quia ita placeret christo contemneret, sed & calorũ regna quod videbatur laborum esse remuneratio pro christo nihilominus scedere pateretur. Et causam tanti effectus ostendit, subdens, Pro fratribus meis. Vnde de Ecclesiast. 2. 5. dicitur quòd tria sunt probata coram deo & hominibus, concordia fratrum. Et ne hoc intelligeretur de his qui erãt spiritualiter in christo fratres, secundum illud Matt. 23. Omnes vos fratres estis. subiungit, Qui sunt cognati mei secundum carnem. 2. Corinth. 11. Semen Abrahæ sunt & ego.

¶ Deinde cum dicit, (Qui sunt Israelitæ) ostendit dignitatem Iudæorum vt eius tristitia videretur esse rationabilis propter primam dignitatem populi perditissimũ. Propensius enim est malum, dignitatem perditissimã quã nunquam habuisse, vt dicit glo. Et non solum ex affectu carnali procedens. Offendit autem eorum dignitatem tripliciter. Primò quidem quantum ad suam gentem cum dicit, (Qui sunt Israelitæ), id est à genere Iacob descendentes, qui est dictus Israel. Gene. 32. &c. 2. Corinth. 11. Israelitæ sunt & ego. Et hoc ad dignitatem pertinet. Dicitur enim Deut. 4. Non est alia natio tam grandis &c. Secundò ostendit dignitatem illius gẽtis ex dei beneficijs, inter quæ primò ponit spiritualia beneficia, quorum vnũ respicit præsens. Et quantum ad hoc dicit, Quorum est adoptio filiorum dei. vnde dicitur Exod. 4. Primogenitus meus Israel. Et hoc quidem dicitur quantum ad spirituales viros qui fuerunt in illo